

sex cyathorum mensura, lumbricisque pel-  
lit. Infunditur & id ipsum ad ileosos maxi-  
mè affectus. At vetus tum magis excalfacit,  
tum etiam vehementius discutit, & ad ex-  
euendam oculorum aciem sublinitur. Sin  
desit vetus, haec præparatione opus est: De eo  
cuius est copia quod præstantius erit in vas-  
defundito, & ad mellis crassitudinem deco-  
quito, atque ita vtior. Eandem enim cum  
prædicto vim asciscit.

*De oleo sylvestris olive.* CAP. XXXI.

Quod è sylvestri oliua exprimitur oleum,  
vehementius astringit, & ad usum sanorum  
secundum sibi locum vendicat. Caput do-  
lentibus rosacei vice conuenit. Sudores si-  
stit, & defluos capillos inhibet. Quinetiam  
furfures & ulcera capitis manantia, scabiem  
ac lepras extergit: moraturque canos, si  
quotidie illinatur.

*De oleo Cæsidis confectione.* CAP. XXXII.

Candidatur oleum hunc in modum: Su-  
mito album colore, nec anniculo vetustius,  
& in fistile nouum lati oris infundito cen-  
tum heminarum mensura. Mox in sole ex-  
positum quotidie circa meridiem concha  
refundito, ex alto deturbans, ut frequenti  
volutatione ac verberatu agitatum altere-  
tur & spumescat. Octaua deinde die foenum  
græcum purgatum drachmarum quinqua-  
C. iij.

ginta pondere, aquaque calida maceratum,  
 atque adeo remollitum, aqua interim neutri-  
 quam expressa, in supradictum oleum  
 coniicito: tadem quoque pineam præpin-  
 guem & in tenues assulas concisam pari  
 pondere insuper addito: atque ita dies octo  
 alios elabi finito. His transactis, concha o-  
 leum denuo confundito. Postremo, si finem  
 assecutum fuerit, in vas nouum prius vetere  
 vino elutum, substratis anteä fertulae Cam-  
 panæ corollis drachmas undecim penden-  
 tibus cum iridis pari pondere, decapulato  
 atque recondito. Sin autem candorem non  
 dum contraxerit, oleum rursus insoladum,  
 & opus ipsum repetendum, dum candidum  
 illud evaserit.

*De Sicyonto oleo. CAP. XXXII.*

Sed & ex predicto Sicyonium hoc modo  
 parare licet. In lebetem oris ampli stanno  
 inductum recentis olei omphacini candi-  
 que cogium unum, aquæ vero dimidium  
 infundito: tum igne leui coquito leniter a-  
 gitando. At cum primum bis effuberit, i-  
 gnem subtrahito: & vbi refixerit, oleum  
 decapulato. Tandem alia adiecta aqua simul  
 iterum feruefacto: ac reliquis, veluti præ-  
 monstratum est, peractis reponito. Maximè  
 vero conficitur oleum huiusmodi in Sicyo-  
 nia: atque inde Sicyonij nomen accepit.

Vim

Vim habet leviter calfactoriam, in febris  
ac neuorum affectibus accommodatum.  
Vtuntur & eo mulieres, ad inducendum cu-  
ti nitorem.

*Strigmenta à balneis.* CAP. XXXIII.

**S**TIGMENTA quæ in balneis destrin-  
guntur, calfaciendi, molliendi, disca-  
tiendique vim habent: ad rimas sedis & con-  
dylomata pervnctione prosumt.

*Strigmenta palestrica.* CAP. XXXV.

Quæ verò in palæstra puluerem sibi asci-  
uere, similia folidibus, articulorum colle-  
ctiones ac nodos imposita-iuant. Quin &  
calentia ischiadicis fotus aut malagmatis  
instar vtilitet admouentur.

*Strigmenta gymaniorum.* CAP. XXXVI.

Sordes è gymaniorum parietibus, simu-  
lachrisque derasæ, excalfactoriam vim ha-  
bent, discutiuntque tubercula quæ ægrè ad  
coctionem maturitatémve perducuntur:  
abrasis seu desquamatis & senum ylceribus  
aptè conueniunt.

*De Eleomelite.* CAP. XXXVII.

**I**N Palmyreno Syriae tractu quod Elæo-  
meli vocant ex quadam caudice manat,  
oleum crassius melle, sapore dulci. Id cya-  
this dñobus bibitum cum una aquæ hemi-  
na, crudum biliosumque humorem alio  
detrahit. Sed qui assumpsere temescunt,  
C. iiiij.

viribusque deficiuntur: attamen eo minimē  
terri oportet. Quin excitandi sunt, neque  
permittendum ut somno grauiore conso-  
piantur. Paratur & ē germinū oleaginorū  
pingui oleum: in cuius genere optimum ve-  
tus, crassum, pingue, neque turbidum. Id  
verò calefacit, priuatimque superillitum fa-  
cit ad ea quæ pupillis caliginem offundunt:  
quin & ad lepras neruorumque dolores il-  
litum confert.

*De Cicino oleo.*

CAP. XXXVIII.

**C**ICINUM oleum fit hoc modo: Sumito  
maturorum ricinorum quantum vide-  
bitur, & instratos vuarum in morem, quæ  
super eratibus dispositæ insolantur, ad so-  
lem exiccato, dum ambiens cortex disruptus  
excidat: tuncque collectam eorum car-  
nem in pilam coniicito, ac diligenter tu-  
sam in lebetem stano inductum qui aquam  
habeat transferto, succensōque igni ferue-  
facito. Cum verò insitum humorem pror-  
sus deposuerint, sublato ab igni lebete in-  
natans oleum conchula tollito, atque repon-  
ito. At Ægyptij quoniam copiosum ipsum  
expetunt, aliter conficiunt. Nam repurga-  
tos ricinos molæ mandant accuratèque mo-  
lunt: deinde quod molitum est in sportulas  
conieclum torculo exprimunt. Tum porrò  
tem-

tempestiui sunt ricini, cùm vestiētibus folliculis exuuntur. Facit verò Cicinum oleum ad vlcera capitis manantia, pforas & sedis inflammations, nec non ad vteri obstrunctiones atque euersiones: itēmque ad cicatrices fœdas, auriūmque dolores. Quin & emplastris admistum, ea reddit efficaciora. Potum denique aquas per aluum dicit, lumen bricōsque pellit.

*De Amygdalino oleo. CAP. XXXIX.*

Amygdalinum oleum, quod aliqui Metopium vocant, hoc modo paratur: Amygdalarum amararum repurgatarum & arefactarum chœnices quatuor in pila ligneo pistillo leuiter in offam contundito, affusisque aquæ feruentis heminis duabus finito semihoræ spatio humorem imbibere, tuncque postea maiore vi terito, ac deinde tabellis comprimens exprimito, quōdque digitis hæserit concha excipito. Tandem magmati iterum aspersa aquæ hemina quā combibere sueris, idem facito. Singulas porrò heminas reddūt quaterni chœnices. Est autem efficax contra vuluarum dolores & strangulatus, ac eorundem locorum tum-conuersiones, tum etiam inflammations: itēmque ad capitis dolores, autiūmque ægritudines, sonos incertos atque tinnitus. Iuuat & vitiis renum laborantes,

ægrè meientes atque calculosos. Suspiriosis itidem lienosisque prodest. Quin & maculas tollit è facie, à sole vftis medetur, & cutem erugat, admixtum melli, lilij radici, ac cyprino rosaceo cerato. Hebetem etiam oculorum aciem emendat: denique vlcera quoque manantia & furfures cum vino expurgat.

*De Balanino oleo.* CAP. XL.

Simili modo fit & oleum balainum. Vim autem habet repurgandi maculas, lentigines, varos & cicatricum nigratas. Purgat idem aluum, sed stomacho aduersatur. Contra dolores aurium, sonos atque tinnitus auxilio est, cum anserino adipe infusum.

*De oleis Sesamino & Caryino.*

CAP. XLI.

Eodem quoque, quo antedicta, modo Sesaminum oleum ex sesama præparatur: itemque Caryinum, quod è iuglandibus nucibus conficitur. Eisdem verò cum balanino vires obtinent.

*De Hyoscyamino oleo.* CAP. XLII.

Hyoscyaminum autem sic præparatur: Semen ipsum album, siccum, recens accipito, & contusum aqua calida subigit, veluti in amygdalino dictum est. Dum verò inflabis, arescentes eius quæ sub manu sunt hoc